

Le dogme et la spéculation théologique dans la question trinitaire

Autor(en): **Michaud, E.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Revue internationale de théologie = Internationale theologische Zeitschrift = International theological review**

Band (Jahr): **6 (1898)**

Heft 21

PDF erstellt am: **14.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-403405>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

LE DOGME

ET

LA SPÉCULATION THÉOLOGIQUE

DANS LA QUESTION TRINITAIRE.¹⁾

IV. Les Pères.

Il est impossible de citer ici tout ce qui a été dit par tous les Pères sur le dogme trinitaire et sur la manière de le concevoir. Aussi me bornerai-je à quelques textes de quelques Pères, soit d'Orient, soit d'Occident. En les examinant de près, les lecteurs remarqueront deux choses : d'abord, que les points sur lesquels ils sont constants et unanimes n'ajoutent rien, quant au fond, au résumé doctrinal que nous avons donné précédemment²⁾; ensuite, que sur les autres points leurs explications sont diverses, et que dès lors elles ne sauraient être assimilées au dogme même, qui est un, mais qu'elles doivent être laissées à la libre appréciation et à la piété de chacun, la liberté dans l'Eglise du Christ étant la même pour tous les fidèles : *ubi Spiritus Domini, ibi libertas*.

On peut suivre, dans cette exposition patrologique, deux plans : le premier, qui consiste à exposer méthodiquement les différentes parties de la doctrine trinitaire et à appuyer chacune des textes des Pères qui y correspondent ; le second, qui consiste à citer les Pères chronologiquement, et à rapporter

¹⁾ Voir la *Revue*, 1897, n° 20, p. 751-769.

²⁾ *Ibid.*, p. 760-761.

ce que chacun dit de plus essentiel et de plus caractéristique. Le premier plan a été suivi dans tous les manuels de théologie, et en particulier par Klée dans son *Manuel de l'histoire des dogmes*¹⁾, et par Mgr. Macaire dans la *Théologie dogmatique orthodoxe*²⁾. C'est pourquoi je suivrai le second plan.

I. Pères orientaux. — 1° *St. Justin* († 168). Voyons ses deux Apologies et son Dialogue avec Tryphon.

1^{re} Apologie, n. 5: Le Verbe a parlé aux Grecs par Socrate, et personnellement aux Barbares en J.-C. « Neque enim apud Græcos solum hæc a Verbo per Socratem convicta, sed apud Barbaros etiam ab ipso illo Verbo forma induto et homine facto ac Jesu Christo appellato. Cui cum credamus... »

N. 6: Patrem et *Filium qui ab eo venit* ac nos ista docuit, et cæterorum qui illum assectantur, eique assimilati sunt, bonorum angelorum exercitum, et Spiritum propheticum colimus et adoramus...

N. 12: Jesus Christus magister noster, Parentis et Domini omnium Dei Filius et Apostolus.

N. 13: *St. Justin* glorifie d'abord le Père, puis le Fils, ensuite l'Esprit: « ... immutabilem et sempiternum et Patrem omnium Deum, et Jesum Christum veri Dei Filium, ipsumque secundo loco, Spiritum autem propheticum tertio ordine. »

N. 14: Et nos, postquam Verbo credidimus, ab istis quidem descivimus, ac solum ingenitum Deum per ejus Filium sequimur.

N. 21: Deum autem Verbum, quæ prima est Dei progenies, sine mistione genitum dicimus, Jesum Christum magistrum nostrum...

N. 22: Quod si modo singulari et a communi creatione diverso genitum illum ex Deo dicimus Verbum Dei...

N. 23: Tum etiam ut vobis constet Jesum Christum, cum Dei Verbum et primogenitus et virtus sit, solum proprie Filium ex eo genitum esse.

Au *n. 37*, *St. Justin* parle de la personne du Père; au *n. 38*, de la personne du Christ, et plus loin de l'Esprit prophétique qui parle et qu'il faut entendre.

¹⁾ Voir la traduction française par P.-H. Mabire, T. I^{er}, p. 217-312.

²⁾ Voir la traduction française, T. I^{er}, p. 193-425.

N. 46: Christum primogenitum Dei esse ac Rationem illam cujus omne hominum genus particeps est, didicimus.

N. 60: His lectis Plato, nec satis accurate perspectis, cum figuram crucis esse non attenderet, sed decussationem esse crederet; alteram illam, post principem Deum, Virtutem in universo decussatam esse dixit. Quod autem ab eo tertium dicitur, inde ortum quod Spiritum Dei apud Mosem super aquas ferri legerat.

N. 61: In nomine Jesu Christi et in nomine Spiritus sancti qui per prophetas omnia ad Jesum spectantia prænuntiavit, is qui illuminatur, abluitur.

N. 63: Verbum Dei est ejus Filius... Et locutus est Mosi Angelus Dei in flamma ignis e rubo et dixit: Ego sum existens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum tuorum... Hæc autem eo diximus, quo Filium Dei et apostolum esse Jesum Christum demonstrarem: qui quidem cum antea Verbum esset, ac modo in specie ignis, modo in imagine incorporea visus esset, nunc voluntate Patris pro humano genere factus ea etiam perpeti sustinuit quæcumque in eum insani Judæi, dæmonum impulsu, moliti sunt... Qui cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est.

N. 67: In omnibus oblationibus laudamus creatorem omnium per Filium ejus Jesum Christum et per Spiritum sanctum.

II^o Apologie, n. 6: St. Justin parle d'abord du Père, qu'il appelle « Parens universorum, Deus, Conditor, Dominus, Herus ». Il ajoute: Ejus autem Filius, qui solus proprie Filius dicitur, Verbum antequam mundus crearetur, quod et una cum eo aderat, et genitum est, cum per illud initio omnia condidit et ornavit, hic Filius, ex eo quod unctus sit et per eum Deus omnia ornaverit, Christus vocatur...

N. 13: Natum ex ingenito et non enarrabili Deo Verbum *secundum Deum* adoramus et amamus.

Dialogue avec Tryphon, n. 62: Sed hæc ipsa vere ex Patre prolata progenies, ante res omnes creatas una erat cum Patre, et cum ea Pater colloquebatur: quemadmodum Scriptura per Salomonem declaravit, hanc ipsam, quæ Sapientia a Salomone dicitur, et principium ante omnia opera et progeniem, a Deo genitam esse, qui idem etiam docet per revelationem Josuæ filio Navæ factam.

N. 64: Ille Dominus et Christus ac Deus agnitus...

N. 76: Christum non esse hominum *opus*, sed *voluntatis* illius qui eum produxit, Patris universorum Dei... Et David futurum fuisse ante solem et lunam prædicavit, ut ex utero secundum Patris *voluntatem* nasceretur, eumque, cum Christus sit, Deum fortem et adorandum esse declaravit.

N. 128: Ac Christum quidem Dominum et Deum Dei filium esse, et virtute prius apparuisse ut virum et angelum, et in gloria ignis, velut in rubo et in iudicio de Sodomis facto, jam demonstratum est... Verbum appellant quia Patris sermones ad homines perferat. Hanc autem virtutem a Patre abscindi aut separari non posse, quemadmodum lux solis in terra abscindi et separari nequit a sole qui est in cœlo... Cum virtutem illam ex Patre genitam dicerem, virtute et *voluntate* ipsius, non vero per abscissionem, quasi Patris substantia divideretur, quemadmodum cætera omnia quæ dividuntur ac scinduntur, non eadem sunt, ac antequam scinderentur: ac exempli causa sumpsi ignes, quos ex alio igne accendi videmus, non imminuto illo, ex quo multi accendi possunt, sed eodem manente.

2° *Athénagore. Legatio pro Christianis* (177), *n. 10:* Sed et Filius Dei Verbum Patris in idea et operatione; ab eo enim et per ipsum facta omnia, cum Pater et Filius unum sint. Cum autem Pater sit in Filio et Filius in Patre, unitate et virtute Spiritus, mens et verbum Patris est Filius Dei. Quod si vobis pro summa vestra intelligentia inquirere subeat, quid sibi velit Filius, dicam breviter primam esse Patris progeniem, non quod factus sit (ab æterno enim Deus habebat in se ipso Verbum, utpote ab æterno rationalis), sed quod prodierit, ut omnium materialium rerum, quæ instar informis naturæ et inertis terræ, partibus crassioribus commixtis cum levioribus, jacebant, idea et actus foret... Atque ipsum illum Spiritum sanctum, qui in prophetis operatur, effluentiam Dei esse dicimus, emanantem et redeuntem veluti radium solis...

N. 12: Tum quæ Filii cum Patre unio, quæ Patris cum Filio communicatio, quid Spiritus, quæ trium unio et in unitate distinctio, Spiritus, Filii, Patris... (Connaître le Père, le Fils, l'Esprit, connaître leur union, telle est la vie à laquelle nous sommes appelés.)

3° *Théophile* († v. 190). *Ad Autolyicum. Lib. II, n. 10*: Habens igitur Deus suum ipsius Verbum in propriis visceribus insitum, genuit illud cum sua sapientia, proferens ante omnia. Hoc Verbo usus est administro operum suorum, et per illud omnia condidit. Vocatur principium, eo quod principatum habeat et dominatum eorum omnium, quæ per ipsum creata sunt. *Hic igitur, cum sit Spiritus Dei* et principium et sapientia et virtus Altissimi, descendebat in prophetas, ac per eos de mundi creatione et cæteris rebus loquebatur; nondum enim erant prophetæ cum mundus crearetur, sed tantum sapientia Dei quæ est in eo, ac sanctum Verbum ejus, quod ei semper adest...

N. 15: Tres illi dies qui ante luminaria fuerunt, imago sunt Trinitatis, *Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ*.

N. 18: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem. Nemini autem dicit: faciamus, nisi Verbo suo et Sapientiæ suæ.

4° *Hippolyte. Contra Noetum, n. 1*: Noetus dixit Christum esse eundem Patrem, ipsumque Patrem genitum esse et passum. — *N. 3*: Ipse Christus est Pater, ipse Filius; ipse passus est, ipse se excitavit a mortuis...

N. 4. Hippolyte dit: «Incarnato Verbo et facto homine, Pater erat in Filio et Filius in Patre, conversante Filio cum hominibus... Verbum erat, Spiritus erat, Virtus erat. Unus commune nomen, et in usu apud homines sibi sumpsit, vocatus a principio Filius hominis, propter futurum, quamvis nondum esset homo...

N. 7: (Christus) non dixit: Ego et Pater unum *sum*, sed unum *sumus*. Illud *sumus* non dicitur de uno, sed sic dixit quia duas personas demonstravit, unam autem potentiam sive virtutem.

N. 8: Pater, Filius et Spiritus sanctus, hi sunt vere tres. Quod si vult scire quomodo unus Deus demonstratur, sciat unam esse virtutem sive potentiam hujus; et quantum ad virtutem pertinet, unus est Deus... Unus est Deus, sed ingenitus, impatibilis, immortalis, qui omnia facit quæ vult, sicut vult et quando vult.

N. 10: Satis nobis est scire solum nihil esse Deo coævum. Nihil erat præter ipsum; ipse solus multus erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia, sine potentia, sine consilio. Omnia erant in eo, ipse erat omnia. Quando voluit et quomodo voluit,

ostendit Verbum suum per quem omnia fecit... Eorum quæ facta sunt, ducem, consiliarium et operarium, generabat Verbum: quod Verbum cum in se haberet essetque mundo creato inaspectabile, fecit aspectabile...

N. 11: Atque ita adstitit ei alius. Cum alium dico, non duos Deos dico; sed tanquam lumen ex lumine, et aquam ex fonte, aut radium a sole. Una enim virtus ex toto: totum vero Pater, ex quo virtus Verbum: hoc vero *mens, sive sensus*, qui prodiens in mundum, ostensus est puer Dei; omnia per eum facta sunt, ipse solus ex Patre genitus.

N. 13: Si ergo Verbum mittitur per Jesum Christum, voluntas Patris est Jesus Christus. — L'annotateur de l'édition de 1716 (Hambourg) dit: «Sic Filium *βούλησιν* sive *θέλημα* Patris dixere *multi veteres*.»

N. 14: Duos Deos non dicam, sed unum; personas vero duas, œconomiam tertiam, gratiam dico sancti Spiritus. Pater quidem unus, personæ vero duæ, quia Filius; tertia autem Spiritus sanctus. Pater mandat, Verbum perficit, Filius autem ostenditur per quem Pater creditur. Œconomia consensionis redigitur ad unum Deum, unus enim est Deus, qui mandat, Pater; qui obedit, Filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus. Pater qui est super omnia, Filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus... Per hanc trinitatem Pater glorificatur. Pater enim voluit, Filius fecit, Spiritus sanctus manifestum fecit: omnes igitur Scripturæ de hoc prædicant.

N. 16: Virtus Patris, quod est Verbum Dei, e cœlo descendit, et non ipse Pater, sic enim ait: Ego ex Patre exivi et venio. Quid est autem quod ex Patre exivit nisi Verbum? *Quid est quod ex ipso genitum est nisi Spiritus, id est Verbum?*... De Verbi generationis ratione qua Deus Pater generare voluit, generavit sicut voluit. Non satis est tibi scire quod Deus mundum condidit nisi audens inquirere quomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere quod Filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id credis; sed insuper quomodo *genitus est secundum Spiritum*, curiose indagas?...

N. 17: Credamus igitur secundum traditionem apostolorum quod Deus Verbum e cœlis descendit.

5° *St. Irénée* († v. 202). *Adversus Hæres.*, L. I, c. 2: *St. Irénée* cite le symbole, où est résumée la doctrine de la trinité.

L. II, c. 28: St. Irénée remarque que, nous aussi, nous concevons et engendrons une parole, un verbe, par la pensée, mais que ce serait déraisonnable de vouloir juger de la génération en Dieu par la nôtre.

L. III, c. 16: Apostoli neminem alium Deum vocaverunt... nisi *solum verum Deum Patrem* et Verbum ejus, qui in omnibus principatum ejus habet... — *C. 20:* In Christi nomine subauditur qui unxit, et ipse qui unctus est, et ipsa unctio in qua unctus est. Et unxit quidem Pater, unctus est vero Filius, in Spiritu qui est unctio... (Irénée insiste plutôt sur la constatation de la croyance en la divinité de Jésus-Christ que sur l'explication même de la trinité.)

L. IV, c. 14: Verbum suum solus cognoscit Pater: utraque autem hæc et sic se habere manifestavit Dominus, et propter hoc Filius revelat agnitionem Patris per suam manifestationem. Agnitio enim Patris est, Filii manifestatio. Omnia per Verbum manifestantur... Agnitio Patris Filius, agnitio autem Filii in Patre et per Filium revelata... In omnibus et per omnia unus Deus Pater, et unum Verbum, et unus Filius, et unus Spiritus, et una fides et salus omnibus credentibus in eum. — *C. 17:* Ministrat ei (Deo) ad omnia sua progenies et figuratio sua, id est Filius et Spiritus sanctus, Verbum et Sapientia, quibus serviunt et subjecti sunt omnes angeli. — *C. 66:* Spiritualis vere qui est... semper eundem Deum sciens, et semper eundem Verbum Dei cognoscens, et semper eundem Spiritum Dei cognoscens... — *C. 75:* Et sic principalitatem quidem habebit in omnibus Deus. Quoniam et solus infectus, et prior omnium, et omnibus ut sint, ipse est causa: reliqua vero omnia in subjectione manent Dei. Subjectio autem Dei, incorruptelæ perseverantia est; incorruptela autem gloria infecti. Per hanc igitur ordinationem, et hujusmodi convenientiam, et talis factus, et plasmatus homo secundum imaginem et similitudinem constituitur infecti Dei, Patre quidem bene sentiente, Filio vero ministrante et formante, Spiritu vero nutriente et augente, homine vero paulatim proficiente et perveniente ad perfectum, id est proximum infecto fieri. Perfectus enim est infectus, hic autem est Deus...

L. V, c. 16: Pater conditionem simul et Verbum suum portans, et Verbum portatum a Patre, præstat Spiritum omnibus quemadmodum vult Pater...

6° *Clément d'Alexandrie* († 217). — Dans l'*Admonitio ad gentes*, il parle du Père, du Verbe et du saint Esprit. Il montre le saint Esprit parlant par les prophètes de l'A. T. Il parle de la Sagesse, « quæ est Verbum Dei »; de Dieu, « qui est unus »; du saint Esprit, « qui est os Domini ». Il ajoute: « Lux est Verbum hominibus, per quod Deum contemplantur... Est Dei imago, ejus verbum. Et Filius mentis legitimus divinum illud verbum, lucis lux archetypa. Verbi autem imago est homo... Verbum divinum qui revera est Deus manifestissimus, qui est universorum Domino exæquatus; quoniam erat ejus Filius, et Verbum erat in Deo... »

Dans le *Pédagogue*, Clément parle peu de la trinité considérée en elle-même et métaphysiquement. Il parle surtout du Verbe qui nous conduit au salut, et du saint Esprit qui nous sanctifie. « Alimentum infantium est Dominus, qui est Spiritus et Verbum. Alimentum, id est Dominus Jesus, hoc est Verbum Dei, est Spiritus incarnatus, caro cœlestis sanctificata... Verbum bibitur alimentum veritatis. — C. 7: In Patre Filius et in Filio Pater... Facies Dei est Verbum, quo Deus illuminatur et cognoscitur. »

Dans les *Stromates*, *L. I*: Verbo, Deo, seu ratione... Unius Domini operatio, qui est Dei virtus et sapientia, lux et evangelium. — *L. V*: Verbum est mente considerandum... Plato veritatem declaravit esse ideam. Idea autem est Dei intelligentia, seu quod a mente divina intelligitur, quod quidem Barbari dixerunt *λόγον Θεοῦ*, id est Dei Verbum seu rationem. — En général, dans cet ouvrage, Clément parle beaucoup de la philosophie, mais très peu de la trinité, et il est très sobre d'explications.

7° *Origène* († 254). Origène a tellement écrit sur la Trinité qu'il est impossible d'analyser ici, même très succinctement, ses enseignements. Les uns paraissent si clairs qu'on se demande comment il peut se faire qu'il y en ait d'autres qui soient obscurs. Quoi qu'il en soit de l'authenticité de ces derniers, la pensée d'Origène a été expliquée dans un sens exact, et sa mémoire a été défendue contre toutes les attaques dont elle a été l'objet. Les travaux du saint martyr Pamphile († 309), d'Eusèbe de Césarée, du savant Huet, de Georges Bullus, me paraissent irréfutables. Toutefois, pour ôter tout prétexte

d'attaquer les conclusions que je tirerai à la fin de cette étude, je ferai remarquer dès maintenant que je ne m'appuierai aucunement sur les enseignements d'Origène. Si j'en cite ici quelques extraits, c'est non seulement pour rendre hommage à l'un des plus grands génies de l'Eglise grecque, mais aussi pour que les lecteurs soient impartialement renseignés. Un tel homme, qui a tant étudié les Ecritures, ne peut pas ne pas être entendu.

Comment. in Joan. Tomus I: Nec absurde universorum Deum dixerit quispiam principium, palam eo procidens, ut Filii principium sit Pater, et principium creaturarum Creator, atque generatim entium principium sit Deus. Confirmabit hoc: In principio erat Verbum. Verbum intelligens Filium, qui in principio esse dicitur, quia sit in Patre... Si primogenitus omnis creaturæ est imago Dei invisibilis, principium ipsius est Pater; similiter etiam Christus est principium eorum qui facti sunt secundum imaginem Dei... Potest Filius etiam sermo esse, eo quod renuntiet occulta Patris sui, qui mens existit perinde atque Filius, qui vocatur sermo. Ut enim apud nos sermo nuntius est earum rerum quæ a mente cernuntur, sic ille Dei sermo, qui Patrem agnovit, Patrem agnitum revelat...

T. II: Nos qui tres personas, Patrem et Filium atque Spiritum sanctum esse credimus, et ingenitum nihil præter Patrem esse nobis persuasimus; Spiritum sanctum *et omnium quæ per Verbum facta sunt, et ordine omnium quæ a Patre per Christum condita sunt*, præstantiorem esse, ut pium et verum concedimus et approbamus. Atque hæc forsitan causa est cur ipse Dei non dicatur esse Filius; quod solus Unigenitus a principio natura Filius sit, *quo indigere videtur Spiritus sanctus, ministrante ipsius (Filii) hypostasi, non solum ut sit, sed ut sapiens sit, et rationis particeps, et justus, et omne id quod eum esse intelligendum est ex Christi notionum participatione*¹⁾. Ego autem existimo Spiritum sanctum, ut ita dicam,

¹⁾ Huet fait la remarque suivante (Œuvres d'Origène, édit. Migne, T. IV, col. 127-129): «Hæc, quantumvis dura, facile excusabimus, si dicamus processionem Spiritus sancti hic significari, et eo quidem modo quo ipsam antiqui Ecclesiæ Patres explicarunt, dicentes a Patre per Filium procedere Spiritum sanctum. Cyrillus lib. *De recta fide, ad Theod.* Spiritum sanctum scribit esse ἐξ Υἱοῦ καὶ δι' Υἱοῦ, et lib. I *De adorat.* ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχέμενον Πνεῦμα. Quod idem repetit in epist. ad reginas, et variis locis. Damascenus lib. I *De fid. orthodox.*, cap. 18: Καὶ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ, ἐκ τοῦ

materiam gratiarum quæ a Deo proficiscuntur suppeditare iis qui per ipsum ejusque communionem sancti sunt, dum materia, quam dixi charismatum, a Deo quidem operatur, a Christo autem ministratur, per Spiritum vero sanctum existit . . . Quod etiam Spiritus sanctus a Filio edoceatur, liquet ex eo quod de paraclito et Spiritu sancto dicitur: De meo accipiet et annuntiabit vobis . . .

Comment. in Epist. ad Rom. Lib. VIII.: Solus est Filius qui noverit Patrem, et solus est Spiritus sanctus qui scrutatur omnia, etiam altitudinem Dei. Et ideo hanc altitudinem Dei, quam et inscrutabilem dicit et investigabilem, creaturæ omni

Πατὴρ ἐκπορευόμενον. «Et Filii Spiritus, non quasi ex ipso, sed quasi per ipsum a Patre procedens.» Tertullianus cap. 4 *adversus Praxeam*: «Spiritum non aliunde puto quam a Patre per Filium.» Hilarius lib. XII *De Trinit.*: «Conserva hanc, oro, fidei meæ religionem, ut semper obtineam Patrem scilicet te, et Filium tuum una tecum adorem, et Spiritum sanctum tuum, qui est per Unigenitum tuum, promerear.» Vide item Florentinum concilium, et Thomam I, q. 36, a. 3. Ait quidem Paulus I Cor. VIII, 6: «Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.» Et Coloss. I, 16: «Omnia per ipsum et in ipso creata sunt.» Quibus verbis inductus Aetius, Anomœorum antesignanus, Patrem inter et Filium discrimen inesse credidit, ut primaria causa esset Pater, instrumentum vero Filius. Hanc autem vesaniam castigat Basilius libro *De Spiritu sancto*, accurateque demonstrat, voces illas ἐξ οὗ et δι' οὗ in Scripturis promiscue usurpari; hic autem Patri et Filio fuisse seorsum attributas, ut hypostases discernentur, cum ea cæteroquin quæ fiunt a Patre, a Filio quoque fiant. Audiendus imprimis Cyrillus cap. 5 in hunc Joannis locum, ubi idem multis probat. **Γενομένων** autem Origenis vox est generalis, ea complectens universa quæ quoquo modo sunt, sed ad Spiritum sanctum ac res creatas diversa ratione pertinentes; nam quod ait, verbi gratia, Hilarius Spiritum sanctum per Unigenitum esse, id dixerit Origenes, *διὰ Μονογενοῦς ἁγίου Πνεῦμα γίνεσθαι*. Cum igitur Spiritus sanctus *γενητός* esse dicitur, hoc est, «qui habet ab alio ut sit:» cum eum autem *οὐ ποιητόν, οὐ πιστόν, οὐδὲ γεννητόν, ἀλλ' ἐκπορευτόν* sciscit Athanasius in Symbolo, et Epiphanius in *Ancorato*, cap. 7, hoc est, «non genitum». Notandum præterea hic esse *γενητόν*, illic *γεννητόν*, quæ diversam postulant interpretationem: hoc enim fit a *γεννάω*, «gigno»; illud a *γίνομαι*, «sum, existo». Ita olim Filius *ἀγέννητος* a Catholicis dicebatur, *ἀγέννητος* non item. At *ἀγέννητος*, illud quod de Filio dicebatur «increatum» significat: *γενητός*, quod de Spiritu sancto dixit Origenes, significationem habet a *γίνομαι*, «sum», et idem sonat ac «existens». Quod vero vocem *γενητόν* pessimo sensu ab Origene usurpatum conjectat Epiphanius hæres. LXIV, c. 8, in eo sane ipsius æquitatem requiro. Nec ego tamen recte usquequaque de Spiritu sancto Adamantium nostrum sensisse contra Epiphanium et Basilium lib. *De Spiritu sancto*, cap. 29, dura fronte pertenderim, ut fidem faciunt *Origeniana* nostra. — *Atque hæc forsitan causa est*, etc. Similis fere est Basilii ep. 43, Gregor. Nysseni lib. I *contra Eunomium*, Epiphanii in *Ancorato*, Augustini lib. XV *De Trinit.*, c. 26, et lib. III *Contra Maximinum*, cap. 14, aliorumque ratiocinatio, cum Filium idcirco Filium dici et esse volunt, quod ex uno oriatur; Spiritum sanctum nec dici Filium, nec esse, quod procedat ex duobus. »

inscrutabilem et investigabilem dicit. De Filio vero et Spiritu sancto dicere ista non poterat, quia Filius in Evangelio dicit ad Patrem: Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea; et de Spiritu sancto ipse Paulus pronuntiat dicens: Nemo enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; ita et quæ in Deo sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei... Sicut in præ-senti loco quod ait: Quoniam *ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*, convenit illis dictis quæ idem apostolus in aliis memorat locis cum dicit: Unus Deus Pater ex quo omnia, et unus Dominus noster Jesus Christus per quem omnia; et item in Spiritu Dei dicit revelari omnia, et per hæc designat in omnibus esse providentiam Trinitatis... Verumtamen quod dicit: *Ex ipso*, hoc ipsum quod sumus indicat: *Per ipsum* autem, quod per ejus providentiam dispensamur in vita: *in ipso* vero, quod perfectio omnium et finis in ipso erit tunc cum erit Deus omnia in omnibus...

8° *St. Athanase* († 373). Qu'il me soit permis de renvoyer ici le lecteur à l'excellent ouvrage de M. le prof. Lauchert: *Die Lehre des hl. Athanasius des Grossen* (Leipzig, Fock, 1895). La première partie traite de Dieu, de son être, de son unité, de ses attributs, et de la trinité (pag. 5-65). On remarquera, entre autres, les passages suivants: «*Der Vater schafft Alles durch den Logos im hl. Geiste; und so wird die Einheit der hl. Trinität bewahrt; und so wird Ein Gott in der Kirche verkündigt, der da ist über Allem und durch Alles und in Allem. (Eph. 4, 6.) Über Allem, als Vater, als Prinzip und Quelle; durch Alles, durch den Logos; in Allem, im hl. Geiste. (S. 11).*» — Et, touchant le Saint-Esprit: «*Da der Herr der Sohn ist, so heisst darum der Geist Geist der Kindschaft (πνεῦμα υἱοθεσίας). Und wiederum, da der Sohn die Weisheit und die Wahrheit ist, so steht geschrieben, dass der Geist der Geist der Weisheit und der Wahrheit sei. (Jes. 11, 2; Joh. 15, 26.) Und wiederum ist der Sohn die Kraft Gottes und der Herr der Herrlichkeit; und der Geist heisst Geist der Kraft und Geist der Herrlichkeit. (1 Petr. 4, 14.)... Der Herr aber hat gesagt, der hl. Geist sei der Geist der Wahrheit und der Paraklet, woraus hervorgeht, dass in ihm die Trinität vollkommen ist. (S. 60-61).*» — «Einmal, De incarn. et c. Arian. n. 9 (p. 877) nennt Athanasius sogar den Sohn die Quelle des hl. Geistes,

in der Erklärung der bildlichen Ausdrucksweise von Ps. 35, 10: «Denn bei dir ist die Quelle des Lebens, und in deinem Lichte werden wir das Licht schauen.» «Er (der Psalmist) weiss nämlich,» sagt Athanasius dazu, «dass der Sohn beim Vater ist, die Quelle des hl. Geistes.» (*οἷδε γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ πατρὸς ὄντα τὸν υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος.*) Also: der Sohn ist als Quelle des Lebens, d. i. des hl. Geistes, beim Vater. (S. 62-63).» — M. Lauchert termine (S. 64-65) par le résumé qu'a donné M. le prof. Langen, *Die Trinitar. Lehrdifferenz* (S. 123): «1) Der hl. Geist geht aus dem Vater aus. 2) Er gehört dem Sohne an, dessen Bild er ist, wie dieser das Bild des Vaters ist, und empfängt vom Sohne. 3) Er besitzt das ganze göttliche Wesen des Vaters durch den Sohn, der insofern seine Quelle ist. 4) Er ist im Vater durch den Sohn.»

9^o *St. Basile de Césarée* († 379). — *Advers. Eunomium*, L. I.: Apropos de ces mots «Pater major me est»: Quoniam a Patre origo est Filii, hoc major est Pater quod *causa* sit et principium. Quapropter et Dominus sic dicit: Pater meus me major est, prout Pater videlicet. Illud autem *Pater*, quid aliud indicat nisi *causam* atque originem esse ejus qui ex ipso genitus est? Denique secundum vestram sapientiam, substantia ipsa substantia non dicitur major aut minor. Quare et secundum illos ipsos et secundum veritatem ipsam, vox *majoris* quæ usurpata est, nullo pacto præstantiam secundum substantiam significat. Nec vero hic ipse Deum Patrem majorem dixerit secundum molem, qui scilicet statuerit, quantitatem in Deo intelligi non oportere. Superest igitur is quem nos diximus *majoris* modus, principii, inquam, et *causæ*...

Sur le mot *ingenitus*: Vox *ingenitum* ea quæ non sunt significat: indicat enim Deo generationem non adesse. Hoc autem sive quis privationem, sive interdictionem, sive negationem, sive quid hujusmodi appellare voluerit, haud contendemus. Quod autem nihil eorum quæ in Deo insunt significet *ingeniti* vox, ex jam dictis declaratum esse puto. At substantia non est quidquam eorum quæ non adsunt; sed est ipsum esse Dei, quod inter ea quæ non sunt, annumerare, summæ amentię est. Etenim si substantia in numero eorum quæ non sunt locatur, multo minus aliud quidpiam eorum quæ de Deo dicuntur, fuerit. Demonstratum est autem *ingeniti* vocem

inter ea quæ non sunt, numerari: mendax est igitur qui hac voce substantiam significari putat. — L. IV.: *Ingenitus* aut substantia est, aut accidens: sed substantia non est, cum non sit quidquam quod ab eo ex opposito distinguatur. Est enim Filius genitus, at non quatenus substantia est, sed quatenus genitus fuit. Si vero accidens, aut natura insitum est, aut potest adesse et abesse. Sed, si natura insitum est, Deus necessario et substantia et accidens est. Quæ enim sunt ejusmodi, necessario accidunt quibus accidunt. Quod si contingenter adest, erit ingenitus aliquando et genitus. Ingenitum si dicunt Deum, eo quod genitus non est, non quod sit substantia ejus dicunt, sed quid non sit. Quippe substantia nulla ex iis quæ non sunt, sed ex iis quæ sunt cognoscitur... Si *ingenitus* non substantiæ nomen est, sed ipsamet substantia: rursus si Filius est substantia, etiam Filius ingenitus est; imo vero substantia omnis erit ingenita. Si ingenitum substantia Dei est, et genitura substantia Filii: creatura igitur aut factura non est ipsius substantia. Filius enim una, non multæ substantiæ... Quod si genitura substantiam quampiam non significat, neque *ingenitus* profecto. Deus si ingenitus est, eo quod genitus non est: sic et incorruptibilis, eo quod non corrumpitur. Quemadmodum igitur *incorruptibile* eum sine fine futurum significat, ita et *ingenitum* principii expertem esse. Si vero ingenitus quidem est, non autem incorruptibilis: principii, non finis erit expertis; quod absurdum est. Proinde *ingenitus* substantia non est: sed genitum non esse significat...

10° *St. Grégoire de Nazianze* († v. 389). — *De fide orthodoxa contra Arianos*, n. 3: Tria nomina et tres personas, unius essentiæ, unius majestatis atque potentiæ credimus. Et ideo unum Deum confitemur.

Oratio XX: Ita nobis proprietatum ratio constabit, si Patrem quidem, et principii expertem, et principium cogitemus ac prædicemus (principium, inquam, ut *causam*, et ut fontem, lumenque sempiternum); Filium vero, minime quidem principii expertem, omnium autem rerum principium asseramus; principium porro cum dico, ne tempus interjicias, nec inter genitorem et genitum medium aliquid constituas, nec per id quod inter ea quæ eandem æternitatem habent, et conjuncta sunt, male interponis, naturam divides. Nam si tempus Filio antiquius, illius proculdubio

primum Pater *causa* fuerit necesse est. Quod si ita est, quo tandem modo temporum factor erit, qui sub tempus cadit? Quo item modo Dominus omnium, si enim tempus præcesserit, eique dominetur? Principii igitur expers est Pater: nec enim aliunde, nec a se ipso esse habet. Filius autem, siquidem Patrem ut *causam* accipias, nequaquam principio caret: principium enim Filii, Pater est, ut *causa*: sin de tempore principium intellexeris, principii quoque omnis est expers. Neque enim temporum Dominus tempori subjectus est. — Et encore, après s'être plaint d'être forcé d'employer des termes imparfaits, St. Grégoire ajoute: «Hoc docemus et profitemur quod simul atque Pater ingenito modo erat (semper autem erat, nec enim eum aliquando non fuisse concipit mens nostra, quantumvis se altissime efferat), et Filius quoque per generationem erat; ita ut Patris essentia concurrat cum unigeniti generatione, qui ex ipso quidem est, non autem post ipsum, aut saltem solâ principii cogitatione. Principium vero hic pro *causa* accipio (*ἀρχῆς δὲ, ὡς αἰτίου.*) Identidem enim eadem verba repeto, ut animi tui hebetudini et crassitie occurram. Quod si curiosius non scrutaris Filii, sive generationem dicere convenit, sive substantiam, sive quod aliud vocabulum magis proprium atque appositum cuiquam in mentem venit (linguam enim meam superat id quod cogito ac dico), ne quoque Spiritus sancti processionem anxie inquire. *Mihi audire satis est*: quod Filius est, et quod ex Patre; tum quod ille Pater est, hic Filius; *nihil præter ea investigo ac perscrutor*; ne mihi idem quod vocibus accidat, quæ immodica contentione franguntur, ac prorsus concidunt, aut idem quod oculis adversum solem intuentibus. Nam quo quis amplius et accuratius eum cernere cupit, eo magis sensum lædit, ac ideo etiam quoque modo cernendi facultate privatur, quia nimirum id quod cernitur, oculorum aciem superat, cum quispiam totum conspiciere voluerit, ac non quantum tuto cernere licet. Audis generationem? Modum curiosius ne inquiras. Audis Spiritum ex Patre procedere? Id quomodo fiat, ne anxio studio perscruteris...»

Oratio XXIII: Perfectam ex tribus perfectis trinitatem, unitate quidem ob divitias mota, binario autem superato, propterea quod Deitas supra materiam et formam sit, ex quibus corpora constant, trinitate vero propter perfectionem definita (hæc enim prima binarii compositionem superat), ut nec deitas

angusta maneat, nec in infinitum diffundatur... Nos unam et eandem deitatis naturam teneamus, quæ ex principii experte, et generatione, et processione agnoscitur, quemadmodum id quod nobis inest, mente, sermone ac spiritu intelligitur..., ipsam secum concordem, semper eandem, semper perfectam...

Oratio XXV: Deum unum ingenitum agnoscimus, hoc est Patrem; unum autem genitum, Filium videlicet; unum denique Spiritum sanctum a Patre procedentem, Deum quoque ipsum. — St. Grégoire insiste sur ce que le Père est sans principe, et sur ce que le Fils et le St. Esprit ont un principe ou une cause: Ex Deo enim sunt, licet non post ipsum, quemadmodum ex sole lumen; sed quantum ad tempus, principii sunt expertes, nec enim tempori subjecti sunt. — Et encore: Hoc Patri et Filio et Spiritui sancto commune est, quod minime creati sunt, atque ipsa divinitas. Hoc autem Filio et Spiritui sancto, quod uterque ex Patre est. At vero Patris proprietates hæc est quod ingenitus sit: Filii, quod genitus; Spiritus sancti, quod procedat... Hoc unum nos timere doce, nimirum *ne in argutiis et captionibus fidem solvamus.*

Oratio XXIX: Pater quidem genitor et productor, citra tamen ullam passionem ac tempus, atque incorporeo modo: horum autem (Filii et Spiritus sancti), alter soboles, alter processio, aut quibus verbis hæc quispiam vocare queat, nescio... — St. Grégoire insiste sur leur coéternité. Il ajoute: Pater proprie est quia non etiam Filius; quemadmodum vicissim Filius proprie Filius, quia non etiam Pater. — Il entre dans beaucoup d'explications pour montrer comment la génération du Fils ne doit pas être entendue d'une manière corporelle; explications qui lui sont évidemment personnelles et qui ne sont nullement des dogmes.

Oratio XXXI: Colamus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, tres *proprietates*, unam divinitatem, nec gloria, nec honore, nec essentia, nec regno divisam. — Et encore: Quæ est ergo hæc processio (Spiritus sancti), inquires? Dic tu quæ Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem et Spiritus processionem explicare aggrediar, quo fiet ut ambo deliremus in Dei mysteria oculos injicientes; idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem quæ ante pedes sunt, scire, nec arenam maris, aut pluvix guttas et dies sæculi enumerare possumus, nedum in Dei profunda penetrare... Alius Pater,

alius Filius, alius Spiritus sanctus appellatur, atque ita inconfusa trium Personarum distinctio in una divinitatis natura et dignitate conservatur. Neque enim Filius est Pater (unus enim est Pater), sed est id quod Pater. Nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est (unus enim unigenitus), sed est id quod Filius: tria hæc unum, si divinitatem spectes, et unum tria si proprietatum rationem habeas... Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? Maxime. Consubstantialis (*ὁμοούσιον*) igitur? Prorsus, siquidem Deus.

Oratio XXXIV: Vocatur illa vox *Deus*, et in tribus maximis consistit, in causa, in opifice, in perfectore, hoc est, in Patre, Filio et Spiritu sancto. Qui quidem nec ita inter se distracti sunt ut natura scindantur; nec rursus ita in arctum redacta natura, ut in unam circumscribatur personam (illud enim est furoris ariani, hoc sabellianæ impietatis); sed ut magis singularis est quam ea quæ in divisionem omnino cadunt, ita copiosior quam ea quæ prorsus singularia sunt.

Oratio XXXVIII: Deum cum dico, Patrem et Filium et Spiritum sanctum dico; nec ultra hæc diffusa divinitate, ne deorum turbam inducamus; nec rursus infra hæc finita et restricta, ne deitatis inopia premi judicemur.

Oratio XXXIX: Deum cum dico, uno eodemque triplici lumine perstringamini: triplici quidem, quantum ad *proprietates sive hypostases*, si cui hoc verbum magis arridet, sive personas (*neque enim de vocabulis dissidebimus, quandiu syllabæ ad eandem sententiam ferent*); uno autem, quantum ad substantiæ, hoc est divinitatis, rationem. Distinguitur enim indistinctim, *ut sic loquar*, et distinctim connectitur. Unum enim in tribus, divinitas est, et tria Unum; ea, inquam, in quibus divinitas est, vel, ut magis proprie dicam, quæ divinitas est... Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in sæcula, amen. Pater pater est et principii expers; neque enim ex ullo est. Filius filius est, ac non principii expers: ex Patre siquidem. Quod si temporis principium accipis, principio etiam caret; neque enim temporum effector tempori subest. Spiritus sanctus vere spiritus est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, ut nec generationis, verum processionis; liceat enim perspicuitatis causa nova nomina fingere.

Oratio XL: S. Gregorius commendat «fidem et confessionem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum... unam deitatem

et potentiam quæ in tribus conjunctim invenitur et tria divisim comprehendit, . . . quæ undequaque æqualis est, undequaque eadem.»

Oratio XLII: Fidei nostræ pietas non in nominibus, sed in rebus, consistit. Quid vos qui personas dicitis? Nam unum, velut quiddam compositum, animo fingitis, ac tres facies, aut humanam omnino formam habens? Absit . . . Quid igitur, ut interrogare pergam, vobis hypostases volunt, aut vobis personæ? Nimirum tria esse, quæ dividantur, non naturis, sed proprietatibus? Optime. — Et encore: Quod principii expers est, et principium, et id quod cum principio est, unus est Deus. Nec vero principio carere, ejus quod principio caret, natura est; aut etiam ingenitum esse. Nullius enim rei natura ex eo declaratur quod dicamus quid non sit, sed quid sit (est enim ejus quod est, positio; non autem ejus quod non est, sublatio). Nec principium, eo quod principium est, ab eo quod principio caret, dirimitur; non enim principium ipsi natura est, quemadmodum nec illi quod principii expers sit. Circa naturam enim hæc considerantur, non autem natura ipsa sunt. Eodem modo id quod cum principii experte, et cum principio est, nihil omnino est aliud quam quod illa. Nomen autem principii experti, Pater; principio, Filius; ei autem quod cum principio est, Spiritus sanctus. Una autem his tribus natura Deus est . . .

11° *St. Grégoire de Nysse* († v. 396 ou 400). — *Quæstiones de eo, quid sit, ad imaginem Dei et ad similitudinem*: — Trinitatem agnosce ex rebus in te existentibus: hoc quippe quovis alio ex lege aut scriptura petito firmitus est ac fide dignius testimonium . . . In teipso habes, qui ad imaginem similitudinemque Dei creatus es, imaginem et similitudinem et figuras et exempla sanctæ Trinitatis. — *St. Grégoire* distingue l'âme, la raison, l'esprit (*mens*), et il voit ainsi l'image du Père, du Verbe et de l'Esprit. Non obscurum est nostram ipsam animam esse et intellectuale verbum ejus, ac mentem quam apostolus spiritum appellavit . . . Anima est ingenita et causa carens ad exemplum ingeniti et causa carentis Dei Patris. At intellectuale verbum ejus non est ingenitum, sed ex ipsa ineffabili, invisibili, inexplicabili ratione ac sine passione genitum. Mens autem neque causa caret, neque est ingenita, sed ex processione orta, undequaque discurrens et cuncta despiciens

et invisibiliter pertractans ad imaginem et similitudinem sanctissimi et per processionem orti Spiritus . . . — Puis St. Grégoire remarque que nous n'avons qu'une âme, qui est simple, et qu'un esprit (*mens*), qui est simple aussi, mais que nous avons un verbe double: l'un, engendré dans le cœur, d'une génération incorporelle et mystérieuse; l'autre, engendré d'une génération corporelle, par les lèvres. Et celui-ci fait connaître celui-là. De même, le Verbe de Dieu a été engendré du Père avant tous les siècles, «eratque incognitus tanquam in anima quadam apud Patrem». Puis il s'est fait homme et a été connu.

Grégoire de Nysse voit aussi une autre image de la trinité dans nos trois facultés *concupiscendi*, *ratiocinandi* et *irascendi*. Il ajoute: «Tribus modis Deus in trinitate tres partes administrat et regit, et cœlestia, et terrestria, atque subterranea, virtute quadam conditoris, sua providentia, ac judicis auctoritate; siquidem omnia quæ Deus exequitur uno ex his tribus modo perficit, aut tanquam conditor, aut ut providens, aut ut castigans. Ac virtutis quidem condendi quæ in Deo est imaginem exprimit, quæ in anima est concupiscendi facultas; cupiditas enim ad actionem impellit. Virtutis autem providendi symbolum est in anima vis ratiocinandi. Virtutis demum castigandi facultas irascendi indicium et nota constituta est.» — St. Grégoire remarque que la concupiscence se manifeste d'abord dans les enfants, puis la faculté de raisonner, enfin la faculté de s'irriter. C'est ainsi que l'unité dans la trinité et la trinité dans l'unité sont visibles dans l'homme, qui est à la ressemblance de Dieu: unité dans l'essence, non l'unité dans les parties. Et plus loin: «Cum dixeris animam rationalem ac mente præditam, videlicet et rationem et mentem significasti; cumque rationem nominaris, omnino etiam animam rationalem, quæ hujus est genitrix, indicasti: similiter et ubi mentem dixeris, plane etiam animam et rationem significasti. Cujus enim alioquin erit mens, nisi animæ et rationis . . . Et communem et individuum habent essentialem efficacitatem. Una enim et similis Patris et Filii et Spiritus sancti efficacitas, una virtus, una potestas, una voluntas, una sententia. Quæcumque siquidem fecerit Pater, indivulsus cooperator est et Filius; et quæcumque perfecerit Filius aut Spiritus sanctus, omnino cooperatur indivise Pater; neque enim Filius sine Patre a se ipso per se solus quid facit, neque ullo modo Pater sine

Filio et Spiritu sancto, nec rursus Spiritus sine Filio et Patre quippiam operatur... Nec anima sine ratione quid præstat, neque sine anima ratio, neque adeo mens rursus sine anima ratione sola quid exequitur; quod ejusdem naturæ simulque natam ac devinctam habeant inter se communem virtutem et efficacitatem, quæ est ad imaginem et similitudinem Dei...»

12° *St. Jean Chrysostome* († 407). — *In ramos Palmarum*: Una adoratione colamus unam trium hypostasium divinitatem, sine principio, increatam, interminatam, sine successione. Neque enim Pater unquam cessabit esse Pater, neque Filius esse Filius et Rex, neque Spiritus sanctus cessabit esse id quod est hypostasi. Nihil enim in trinitate minuetur; non finis erit æternitatis, aut communionis, aut regni...

De sancta et consubstantiali Trinitate: Nos autem non creaturam adoramus, sed Trinitatem increatam, mutationis expertem et consubstantialem, nihilque habentem adventitium vel servile, vel quod productione in esse venerit, quasi prius quidem non existens, postea autem adveniens... Job, dicendo Dominum et omnipotentem et Spiritum divinum, consubstantialem Trinitatem prædicat.... Prædicat inseparabilem Trinitatem... Omnis qui sanctis scripturis credit adoret Trinitatem increatam, incommutabilem, invariabilem, omnipotentem, simul principio carentem, coæternam et consubstantialem: Patrem, et Filium..., et Spiritum sanctum, Spiritum qui locutus est per prophetas. Eos autem qui dicunt Filium, aut Spiritum sanctum, versum, vel mutatum, vel alterius substantiæ, vel ex nihilo factum, vel quod fuerit tempus quando non erat, anathemate damnat Ecclesia catholica. *Sufficiunt ista cuivis, tametsi pauca sint*; omnia enim tractare impossibile... Neque ipsum mundum opinor capere libros qui scribuntur...

In cap. I Epist. ad Galatas Comment.: Dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum et Barnabam. Unde liquet eandem esse potestatem Filii et Spiritus. Cum enim a Spiritu missus esset, a Christo se missum ait. Idem et alibi declarat ea quæ Dei sunt, adscribens Spiritui: siquidem senioribus Milesiis verba faciens, Attendite, inquit, vobis ipsis et universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus pastores et episcopos; et tamen in alia quadam epistola dicit, quos quidem posuit Deus in Ecclesia etc. Adeo promiscue citraque discrimen loquitur, quæ Spiritus

sunt Deo tribuens, ac rursus quæ Dei sunt, Spiritui. Quin et aliter hæreticorum obturat ora, cum ait: Per Jesum Christum et Deum Patrem .. Hæc oratio nullum naturæ discrimen inducit.

Expositio in Psalm. 44: Paulus dicebat: Quis enim hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita etiam quæ sunt Dei, nemo novit nisi Spiritus Dei, non confundens hypostases seu personas, absit; sed nobilitatem Spiritus significans. Quanta ergo est ipsius animæ cum seipsa consensio, tanta est Spiritus cum Patre cognatio. Quemadmodum ergo Filius quoque dicitur Verbum, nec est tamen ejusmodi ut non subsistat, sed per id cognoscimus quæ sit ejus cum Patre cognatio; ita etiam Spiritus Dei dicitur spiritus, nec tamen non subsistit. Et quemadmodum quoniam est proprius ac germanus Patris Filius, propterea nobis largitur adoptionem filiorum: ita etiam Spiritus, quoniam sua natura est ex Dei substantia, dona nobis præbet.

De sancta Pentecoste. Homil. II: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Vides æqualem honore majestatem? Vides concordiam exacte descriptam? Vides ut indivisa sit Trinitas? Num uspiam discrimen aut immutatio imminutiove? Quid vos Domini verbis nova quædam mandata adjungere audetis?...

In Joannem homil. 86, al. 85: Discas Patris, Filii et Spiritus sancti unum esse donum, unam potestatem. Nam quæ Patris propria videntur, eadem et Filii et Spiritus sancti esse deprehenduntur. Quomodo ergo nemo venit ad Filium, nisi Pater traxerit eum? Verum hoc Filii quoque esse ostenditur: nam ait, Ego sum via, nemo venit ad Patrem nisi per me. Hoc quoque Spiritus esse videas: nam nemo potest dicere Dominum Jesum Christum nisi in Spiritu sancto. Ac rursus apostolos, modo a Patre, modo a Filio, modo a Spiritu sancto Ecclesiæ datos fuisse dicitur; ac divisiones gratiarum Patris, Filii et Spiritus sancti esse videmus.

In triduum resurrectionem D. N. J. C.: Carnem assumpsit Deus Verbum, et homo apparuit qui conformis et consubstantialis est Patri.

13° *St. Jean Damascène († v. 760). Orthodoxæ fidei editio. L. I, c. 2:* Quid sit divina substantia, vel quo pacto ubique

sit, et in omnibus, quomodo Deus ex Deo genitus, aut processit, aut quemadmodum semetipsum exinanivit unigenitus Filius et Deus, homo factus... *ignoramus et eloqui non valemus.*

C. 6: Ipse unus et solus Deus non sine Verbo est. Verbum enim habens, non insubsistens habebit, sed neque esse incipiens, neque esse desinens; non enim fuit unquam, ut fuerit Deus absque Verbo, semper autem habet sui ipsius Verbum ex se genitum; non instar nostri, subsistentiam non servans et in aera fluens, sed intime subsistens, vivens, absolutum, non extra ipsum ut separabile evagans, sed in ipso semper immanens.

C. 7: Oportet autem et Verbum ipsum *Spiritum habere*: nam et Verbum nostrum nequaquam spiritus est expers... — Puis, J. D. décrit ainsi l'Esprit: « Virtutem ipsam substantialem secundum seipsam in propria persona consideratam, ex Patre procedentem et in Verbo requiescentem, ipsumque manifestantem, neque separari a Deo in quo est, neque a Verbo quod coassequitur, possibile est, neque in quippiam quod minime subsistat refundi. Sed secundum Verbi similitudinem, secundum hypostasim est, vivit, eligit, per se movetur, agit, semper bonum vult, ad omne propositum concurrit, voluntatis habens efficaciam, neque principium habens neque finem. Non enim aliquando Patri Verbum deest, *neque unquam Verbo Spiritus.*

Il faudrait citer tout l'admirable *ch. 8*, où il est dit: Generat ergo Deus qui semper est, suum Verbum perfectum, existens sine principio et sine fine, etc. — Et le *ch. 9*, où il est dit: Solus Pater ingenitus..., solus Filius genitus..., et solus Spiritus sanctus ex Patris substantia procedens, non genitus enim, sed procedens, modo quidem et generationis et processionis incomprehensibili existente. Quando audimus principium et majorem Filio Patrem; causam intelligimus... Pater et Filius non sunt alterius et alterius substantiæ, sed unius et ejusdem... — Et le magnifique *ch. 10* sur l'Esprit saint.

Le *ch. 11* traite « de trium personarum distinctione, et de re et ratione. » Il y est dit: Spiritum sanctum et ex Patre, et Spiritum Patris nominamus. Ex Filio autem Spiritum sanctum non dicimus, sed *spiritum Filii* nominamus. Si quis enim Spiritum Christi non habet, non est ejus...

II. Pères occidentaux. — 14° Tertullien († v. 245). — *Apologia adv. gentes. C. 17*: Deus unus est.

C. 21: Christus Filius Dei... Jam ediximus Deum universitatem hanc mundi Verbo, et Ratione, et Virtute molitum... Et nos Sermoni, atque Rationi, itemque Virtuti, per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam Spiritus inscribimus, cui et Sermo insit prænuntianti, et Ratio adsit disponenti, et Virtus præsit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus et prolatione generatum, et idcirco Filium, et Deum dictum ex unitate substantiæ, nam et Deus Spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa. Sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus. Ut lumen de lumine accensum manet integra, et indefecta materiæ manet: et si plures inde traduces qualitatum metueris, ita et quod de Deo perfectum est, Deus est, et Dei Filius, et unus ambo. Ita de Spiritu Spiritus, et de Deo Deus...

C. 22: Deum colimus per Christum. Illum hominem putate. Per eum et in eo se cognosci vult Deus et coli.

De Præscriptionibus hæreticorum Lib.: Unum Deum, creatorem qui universa produxerit per Verbum suum primo omnium emissum; id Verbum Filius ejus appellatum in nomine Dei, varie visum patriarchis, in prophetis semper auditum; postremo delatum ex Spiritu Patris Dei et Virtute in Virginem Mariam carnem factum...

Adv. Praxeam: Ex uno (Deo) omnia, per substantiæ scilicet unitatem; et nihilominus custodiatur *οἰκονομία* sacramentum, quæ unitatem in trinitate disponit, tres dirigens, Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Tres autem non statu, sed *gradu*; nec substantia, sed *forma*; nec potestate, sed *specie*. Unius autem substantiæ, et unius status et unius potestatis: qua unus Deus, ex quo et gradus isti et formæ et species, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti deputantur. Quomodo numerum sine divisione patiuntur, procedentes tractatus demonstrabunt... Quando unitas a semetipsa derivans trinitatem, non destruat ab illa, sed administretur. — Tertullien ajoute que la fausse intelligence de l'unité peut conduire à l'hérésie, et que la vérité bien comprise établit la trinité; qu'il vaut mieux s'exercer au sens de la chose qu'au son du mot « monarchie » (ad sensum rei quam ad sonum vocabuli monarchia).

Il continue: Cæterum qui Filium non aliunde deduco, sed de substantia Patris nihil facientem sine Patris voluntate, omnem a Patre consecutum potestate, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a Patre Filio traditam, in Filio servo. Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto quam *a Patre per Filium* . . . Ante omnia Deus erat solus, ipse sibi et mundus, et locus, et omnia. Solus autem, quia nihil extrinsecus præter illum. Cæterum ne tunc quidem solus: habebat enim secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. Rationalis enim Deus, *et ratio in ipso prius*; et ita ab ipso omnia. Quæ ratio sensus ipsius est, hanc Græci *λόγον* dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus . . . Si Deus nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum quæ per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem eam efficiebat quam sermone tractabat . . . Quodcumque cogitaveris, sermo est; quodcumque senseris, ratio est . . . Secundus quodammodo in te est sermo per quem loqueris cogitando, et per quem cogitas loquendo, ipse sermo alius est. — Et Tertullien dit que, s'il en est ainsi dans l'homme, à plus forte raison (plenius) en est-il ainsi en Dieu. Il enseigne que cette raison de Dieu est appelée dans les Ecritures Sagesse. Quid enim sapientius ratione Dei sive sermone? Itaque Sophiam quoque exaudi ut secundam personam conditam. — Tertullien appelle le Verbe Fils unique de Dieu. Unigenitus, ut solus ex Deo genitus: proprie de vulva cordis ipsius secundum quod et Pater ipse testatur: Eructavit cor meum sermonem optimum. — Tertullien enseigne que ce Fils engendré par le Père est quelque substance, c'est-à-dire quelque réalité; car il est impossible que celui par qui toutes les substances ont été faites ne soit pas une substance. Quæcumque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam, et illi nomen Filii vindico . . . Quis scit quæ sint in Deo nisi Spiritus qui in ipso est? *Sermo autem Spiritu structus est*, et, ut ita dixerim, *sermonis corpus est Spiritus*. Sermo ergo et in Patre semper, sicut dixit: Ego in Patre. Et apud Deum semper, sicut scriptum est: Et Sermo erat apud Deum. Et nunquam separatus a Patre, aut alius a Patre: quia ego et Pater unum sumus . . . Protulit Deus sermonem sicut radix fruticem, et fons fluvium, et sol radium. Nam et istæ

species probolæ sunt earum substantiarum ex quibus prodeunt. Nec dubitaverim Filium dicere, et radicis fruticem, et fontis fluvium, et solis radium; quia *omnis origo parens est*; et omne quod ex origine fertur, progenies est, et multo magis Sermo Dei, qui etiam proprie nomen Filii accepit. . . Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit ejus necesse est de quo prodit, non ideo tamen est separatum. Secundus autem ubi est, duo sunt. Et tertius ubi est, tres sunt. Tertius enim est Spiritus a Deo *et Filio*, sicut tertius a radice fructus ex frutice. Et tertius a fonte, rivus ex flumine. Et tertius a sole, apex ex radio; nihil tamen a matrice alienatur, a qua proprietates suas ducit. Ita trinitas per consertos et connexos gradus a Patre decurrens, et monarchiæ nihil obstrepat, et *οἰκονομίας* statum protegit. . . Inseparatos ab alterutro Patrem et Filium et Spiritum testor. . . Ecce dico alium esse Patrem, et alium Filium et alium Spiritum. . . Non tamen diversitate alium Filium a Patre, sed distributione; nec divisione alium, sed distinctione; quia non sit idem Pater et Filius, vel modulo alius ab alio. Pater enim tota substantia est, Filius vero derivatio totius et *portio*, sicut ipse profitetur: quia Pater major me est. . . Alius qui generat, alius qui generatur; alius qui mittit, alius qui mittitur; alius qui facit, alius per quem fit. — Tertullien combat ensuite les monarchiens, parce qu'ils veulent non pas que le Père *ait* un Fils, ni que le Fils *ait* un Père, mais que le Père *soit* son Fils et le Fils son Père; de l'unité de nature ils concluent à l'unité de personne. Animadvertite etiam Spiritum loquentem ex tertia persona de Patre et Filio. — Ensuite il explique comment « nulla res alicujus ipsa est cujus est »; puis il ajoute: Nam et *Spiritus substantia est Sermonis*, et *Sermo operatio Spiritus*, et duo unum sunt. . . Et Spiritus Deus, et Sermo Deus, quia ex Deo; non tamen ipse ex quo est. Quod Deus Dei, tanquam substantiva res non erit ipse Deus, sed hactenus Deus: quia ex ipsius Dei substantia, quæ et substantiva res est, et ut portio aliqua totius. Multo magis virtus Altissimi non erit ipse Altissimus, qui nec substantiva res est quod est Spiritus, sicut nec sapientia nec providentia: et hæc enim substantiæ non sunt, sed accidentia uniuscujusque substantiæ. Virtus Spiritui accidit, nec ipsa erit Spiritus. . . Spiritum sanctum, tertium nomen Divinitatis, unius prædicatorem monarchiæ, sed et *οἰκονομίας* interpretatorem.

15° *St. Hilaire de Poitiers* († 367). *De Trinitate, L. II:* Baptizare jussit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, id est in confessione et *authoris*, et *unigeniti*, et *doni*. Autor unus est omnium: unus est enim ingenitus Deus Pater, *ex quo* omnia; et unus Unigenitus Dominus noster Jesus Christus, *per quem* omnia; et unus Spiritus, donum *in* omnibus... Una potestas innascibilis, ex qua omnia; una progenies, per quem omnia; perfectæ spei munus unum... Infinitas in æterno, species in imagine, usus in munere... Pater est ex quo omne quod est consistit. Ipse in Christo et per Christum, origo omnium. Cæterum esse in sese est, non aliunde, quod est sumens, sed id quod est, ex se, atque in se continens. Infinitus, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia; semper extra locum, quia non continetur in loco. Semper ante ævum, quia tempus ab eo est... Deus et ubique est, et totus ubique est... Ipse ingenitus, æternus, habens in se semper ut Pater semper sit. Soli Filio notus, quia Patrem nemo novit nisi Filius et cui voluerit Filius revelare... Patri et Filio scientia mutua est, illis vicissim cognitio perfecta... Filius est progenies ingeniti, unus ex uno, verus a vero, vivus a vivo, perfectus a perfecto, virtutis virtus, sapientia sapientiæ, gloria gloriæ, imago invisibilis Dei, forma Patris ingeniti... Filius est unigenitus ab ingenito... Non Dii duo, sed unus ab uno... Alter ab altero nihil differens, quia vita viventis in vivo est... Loqui de Spiritu sancto non necesse est, quia *de Patre et Filio autoribus* confitendum est... Non potest a confessione Patris et Filii separari.

L. III: (Filius est) Deus a Deo, Spiritus a Spiritu, lumen a lumine... Ut Spiritus Pater, ita et Filius Spiritus; ut Deus Pater, ita et Filius Deus; ut lumen Pater, ita et Filius lumen... Quod in ingenito, hoc in unigenito est, alter ab altero, et uterque unum... Ut inenarrabilis est Pater, in eo quod ingenitus est, ita enarrari Filius, in eo quod unigenitus est, non potest, quia ingeniti est imago, qui genitus est... Memento non tibi Patrem manifestatum esse quod Deus est, sed Deum manifestatum esse quod Pater est.

L. IV: Non ignoramus ad res divinas explicandas, neque hominum elocutionem, neque naturæ humanæ comparisonem posse sufficere... Tres *substantiæ* sunt, Pater et Filius et Spiritus sanctus, et quidem Deus Pater causa est omnium; omnino sine initio solitarius, Filius autem sine tempore *editus* est a

Patre et ante sæcula *creatus* et fundatus. . . Intelligentia dictorum ex causis assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus.

L. VI: A Patre venisse et ex Deo exisse non est significationis ejusdem, et quantum interest inter nasci et adesse, tantum a se uterque sermo discernitur, cum aliud sit a Deo in substantia nativitatis exisse, aliud est a Patre in hunc mundum ad consummanda salutis nostræ sacramenta venisse.

L. VII: In eo quod operatur Filius, opus Patris est; et opus Filii, opus Dei est.

L. VIII: A Filio accipit (Spiritus sanctus), qui et ab eo mittitur et a Patre procedit, et *interrogo utrum id ipsum sit a Filio accipere quod a Patre procedere*. Quod si nihil differre creditur inter accipere a Filio et a Patre procedere, certe id ipsum atque unum esse existimabitur, a Filio accipere, quod sit accipere a Patre. . . A Patre procedit Spiritus veritatis, sed a Filio mittitur et a Patre.

16° *St. Augustin* († 430). *De Trinitate libri quindecim:*

L. I, c. 4: Omnes quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, quæ Deus est, divinatorum librorum veterum et novorum catholici tractatores, *hoc intenderunt secundum Scripturas docere*, quod Pater et Filius et Spiritus sanctus, unius ejusdemque substantiæ inseparabili æqualitate divinam insinuent unitatem; ideoque non sint tres dii, sed unus Deus: quamvis Pater Filium genuerit, et ideo Filius non sit qui Pater est; Filiusque a Patre sit genitus, et ideo Pater non sit qui Filius est; Spiritusque sanctus nec Pater sit nec Filius, sed tantum Patris et Filii Spiritus, Patri et Filio etiam ipse coæqualis, et ad Trinitatis pertinens unitatem. Non tamen eandem Trinitatem natam de virgine Maria et sub Pontio Pilato crucifixam. . ., sed tantummodo Filium. Nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ super Jesum baptizatum, aut die Pentecostes. . . velut ignis sedisse super unumquemque eorum, sed tantummodo Spiritum sanctum. Nec eandem Trinitatem dixisse de cœlo: Tu es Filius meus. . ., sed tantummodo Patris vocem fuisse ad Filium factam; quamvis Pater et Filius et Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. *Hæc et mea fides est, quando hæc est catholica fides. . .*

Puis, à la prière des fidèles, Augustin consent à expliquer cette foi. Il le fait dans la mesure de ses forces (pro modulo meo); il sait qu'il n'est pas parfait (non quia perfectus sim). Le but de son Traité, ce n'est pas tant d'expliquer avec autorité ce qui est connu, que de l'étudier avec piété (non tam cognita cum auctoritate disserere quam ea cum pietate disse-
rendo cognoscere).

L. VIII, c. 10: Tria quædam in caritate velut vestigium Trinitatis... Amor alicujus amantis est, et amore aliquid amatur. Ecce tria sunt, amans, et quod amatur, et amor. Quid est ergo amor, nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet et quod amatur?...

L. IX, c. 4: Tria unum et æqualia, mens ipsa, et amor, et notitia ejus. Sicut duo quædam sunt, mens et amor ejus, cum se amat; ita quædam duo sunt, mens et notitia ejus, cum se novit. Igitur ipsa mens et amor et notitia ejus, tria quædam sunt, et hæc tria unum sunt; et cum perfecta sunt, æqualia sunt...

— *C. 5:* Mens amans in amore est, et amor in amantis notitia, et notitia in mente noscente. Singula in binis ita sunt, quia mens quæ se novit et amat, in amore et notitia sua est; et amor amantis mentis seseque scientis, in mente notitiaque ejus est; et notitia mentis se scientis et amantis in mente atque in amore ejus est, quia scientem se amat et amantem se novit. Ac per hoc et bina in singulis, quia mens quæ se novit et amat, cum sua notitia est in amore, et cum suo amore in notitia: amor quoque ipse et notitia simul sunt in mente, quæ se amat et novit. Tota vero in totis quemadmodum sint, jam supra ostendimus, cum se totam mens amat, et totam novit, et totum amorem suum novit totamque amat notitiam suam, quando tria ista ad se ipsa perfecta sunt. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis, et tamen eorum singulum quodque substantia est, et simul omnia una substantia vel essentia, cum relative dicantur ad invicem. — *C. 7:* Verbum intus ex rebus in æterna veritate conspectis concipimus et gignimus... Conceptam rerum veracem notitiam, tanquam verbum apud nos habemus, et dicendo intus gignimus, nec a nobis nascendo discedit... — *C. 8:* Verbum nostrum et mentem de qua gignitur, quasi medius amor conjungit, seque cum eis tertium complexu incorporeo, sine ulla confusione constringit. Cf. c. 10. — *C. 12:* Est quædam imago Trinitatis, ipsa

mens, et notitia ejus, quod est proles ejus ac de se ipsa verbum ejus, et amor tertius, et hæc tria unum atque una substantia. Nec minor proles, dum tantum se novit mens quanta est; nec minor amor dum tantum se diligit quantum novit et quanta est.

L. X. In quo trinitatem aliam in hominis mente inesse ostenditur, eamque *longe evidentiores* apparere in memoria, intelligentia et voluntate. Cette nouvelle explication psychologique de la Trinité est longuement exposée jusqu'à la fin du livre quinzisième. La place nous manque, même pour citer les principaux passages; nous nous bornons à les indiquer: *C. 2*, nemo amat incognita; *c. 3*, quod mens amet seipsam non incognitam sibi; *c. 12*, mens imago Trinitatis in sui ipsius memoria, intelligentia et voluntate; *L. XI, c. 7*, Trinitas alia in memoria recogitantis de visione; *c. 11*, numerus, pondus, mensura; *L. XIV, c. 8*, Trinitas quæ imago Dei, jam quærenda in principali mentis parte; *c. 10*, quomodo mente sui recordante seque intelligente ac diligente trinitas fiat; *c. 12*, Trinitas in mente eo est imago Dei, quo meminit, intelligit et diligit Deum, quod est sapientia. — Citons toutefois les deux passages suivants, qui indiquent la manière dont St. Augustin concevait la procession du St. Esprit. *L. XV, c. 6*: Ita videmus etiam Trinitatem Deum, quia et illic intelligendo conspiciamus tanquam dicentem, et Verbum ejus, id est, Patrem et Filium, atque *inde procedentem caritatem utrique communem*, scilicet Spiritum sanctum. Et *L. XV, c. 27*: Le St. Esprit est une sorte de lien consubstantiel et commun entre le Père et le Fils (communio quædam consubstantialis Patris et Filii amborum Spiritus).

Voici d'autres textes concernant le St. Esprit: *L. V, c. 11*: Ergo Spiritus sanctus ineffabilis est quædam Patris Filiique communio; et ideo fortasse sic appellatur, quia Patri et Filio potest eadem appellatio convenire. Nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter: quia et Pater spiritus et Filius spiritus, et Pater sanctus et Filius sanctus. Ut ergo ex nomine quod utrique convenit, utriusque communio significatur, vocatur donum amborum Spiritus sanctus... — *C. 14*: Exiit Spiritus sanctus a Patre, non quomodo natus, sed quomodo datus; et ideo non dicitur Filius, quia neque natus est sicut Unigenitus, neque factus ut per Dei gratiam in adoptionem nasceretur, sicuti nos. Quod enim de Patre natum est, ad Patrem solum refertur, cum dicitur Filius, et ideo Filius Patris, non et noster;

quod autem datum est, et ad eum qui dedit refertur, et ad eos quibus dedit; itaque Spiritus sanctus, non tantum Patris et Filii qui dederunt, sed etiam noster dicitur qui accepimus.

L. XV, c. 17: De Patre procedit *principaliter* Spiritus sanctus. Ideo autem addidi *principaliter*, quia *et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur*. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non jam existenti et nondum habenti, sed quidquid unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, *ut etiam de illo Donum commune procederet*, et Spiritus sanctus *spiritus esset amborum*. — *C. 26*: Filius de Patre natus est; et Spiritus sanctus *de Patre principaliter*, et ipso sine ullo temporis intervallo dante, *communiter de utroque procedit*.

17° Les textes du symbole des apôtres et du symbole œcuménique de Nicée-Constantinople sont connus. Ils indiquent expressément ce que l'ancienne Eglise a cru et professé sur le mystère de la trinité, et aussi, par conséquent, ce qu'elle n'a pas enseigné comme étant de foi et ce qu'elle a laissé à la libre discussion des fidèles. Tout le monde sait que le texte authentique du symbole de Nicée-Constantinople ne contient pas le mot *filioque*, puisque ce mot n'a été introduit dans le symbole, en Espagne d'abord, qu'à la fin du VI^e siècle, et qu'il n'a été accepté à Rome que sous Benoît VIII, entre 1022 et 1024.

Je m'arrête, car cette série de textes pourrait paraître trop longue. En tout cas, quoique incomplets, ils sont suffisants. Quiconque les aura lus attentivement et compris exactement, sentira les réflexions se presser dans son esprit et lui dicter la solution que nous cherchons. Il s'agit uniquement de répondre à cette double question: Quelles sont les doctrines relatives à la Trinité, qui ont été crues toujours, partout et par tous comme venant de J.-C.? Et quelles sont celles qui n'ont pas pour elles ce triple caractère de constance, de généralité et d'unanimité, auquel on reconnaît infailliblement le dogme catholique? Nous indiquerons cette réponse, lorsque nous aurons fourni aux lecteurs tous les éléments de la solution. Après les Pères doivent être entendus aussi quelques-uns des principaux théologiens, soit de l'Occident, soit de l'Orient; c'est ce qui fera l'objet du prochain article.

E. MICHAUD.

(A suivre.)
